nime latuit · unde ad maurum quendam monachum ait ·
curre frater quia puer ille in lacum cecidit · qui iussu patris
et ueloci cursu pedibus super undas ambulando puerum quem iam
unda pene cursu unius sagitte a terra introrsum traxerat
manibus arripuit et eum uiuum ad aridam producebat
Ista re maurus suum monachus in sci pagebat quod quia super und
as ambulauerat tunc ignorabat · conuersus patri sibi conscius rem
processam sancto uiro intimauit referens quod suis meritis hoc fu
isset processum · ego pater uenerandus humanam laudem non appetens
uirtuti illius obedientie deputauit · Cetera quedam cl
Ite legitur quod in suo tempore ipsum persequebatur ·
Presbyter fuit quidam dictus dyā seruus nomine Florentius qui
per nimiam persecutionem sancti uiri ipsum incepit persequi in tantum
ut omnia bona que de ipso audierat sinistra interpretatione
peruerteret · Igitur quadam die misit sibi panem ueneno infec
tum quasi pro munere uolens illum ad interitum mortis deducere · Sed
sanctus pater per spiritum sanctum sciens hunc panem infectum precepit coruo
siluestri iussit hunc panem ad loca deserta deportari
timens ne aliquis ex gustu eius lederetur · coruus autem hoc iussu
patri paruit et eundem panem deportans a longe proiecit · Florentius
autem uidens se nichil sic proficere congregauit · vii puellas speci
osas nudas mittens ad cellam sancti uiri ludentes et choreizantes
ut saltem sic sanctum patrem uel quemquam suorum monachorum posset
deicere in ruinam · unde beatus ipse pater dedit fugam ut saltem sic se
persequentem mitigaret · quo sic pacto dum de recessu sancti ui
ri nimium ille miser gauderet quasi uictor in suis malis ma
chinacionibus iudicio dei eadem nocte repente ruina
domus ipse ad mortem contritus est · unde maurus ille monachus quasi
gaudens de interitu inimici nunciauit benedicto sancto patri ut
reuerteretur quia ille inimicus mortuus est · Quod cum sanctus ille audisset